

& cum consuetudinem suam uincere nequeunt iam carnalib;
 laqueis inrētam duas animas esse in uno corpore existimant.
 Unam de dō quae naturaliter hoc sit quod ipse alteram de gente
 tenebrarum quam dñs nec genuerit nec fecerit nec protulerit
 nec abiecerit sed quae suam uitam suam terram suos & us
 & animalia suum postremo regnum habuerit ingenitum que
 principium / sed quodam tempore aduersus dñm rebellasse, dñm
 autem quia uid quod faceret non haberet & quomodo aliter
 possit hosti resistere non inuenisset & necessitate oppressum
 misisset hunc animam bonam & quandam particulam substantiae
 suae cuius comixtione atq; miseria hostem temperatum esse
 somniant & mundum fabricatum, nequenuc eorum opimo
 nes refellimus quod partim iam fecimus partim quantum
 dñs siuerit faciemus sed in hoc opere quomodo aduersus eos
 fides catholica tutasit & quomodo non perturbent animū
 ea quibus commoti homines in eorum cedunt sententiam
 rationibus quas dñs dare dignatur quantum possumus de
 monstramus, illud sane in primis tenere te uolo quibone
 nosti animum meum non haec me fugiendi arrogantiae gra
 tia quasi sollempniter dicere quicquid in his litteris erroris
 inueniri potuerit hoc solum mihi esse tribuendum,